inquirendum an sentencia appellabili sit interiecta dicta
apellacio et an de iure et foro admittenda vel dene
ganda sit / Et attendentes quod pro parte dictorum nobilium
Didaci ferrando et uxoris eius fuit interposita dicta
apellacio coram dicto spectabili Gerentevices Guber
natoris qui fuit delegatus de voluntate partium in
causa predicta die decima septima mensis dece
bris dicti anni Millesimi quadringentesimi sep
tuagesimi sexti cum copia dicti vicecancellarii
iudicis a quo non posset haberi ad dictam apella
cionem interponendam Et sic constat apellacionem
ipsam congruis loco et tempore fuisse interiectam
Preterea considerantes quod licet pro parte dicte
nobilis Agnetis de heredia dicatur et allegetur
quod causa predicta in qua fuit petitum quod immitteretur
in possessionem bonorum et iurium hereditatis domini
nobilis Garsie de heredia quondam patris sui et signanter
dictorum censualium est causa possessionis in qua
de iure appellacioni non est defferendum et de foro
est prohibitum appellari verum attendentes quod
dictum mandatum ex quo incepit non emanavit
super possessione dictorum censualium tradenda
sed super pensionibus eorundem censualium sol
vendis predictibus fuerunt dicti nobiles Didacus
ferrando et eius uxor in dictam sentenciam condempnati
Et considerantes etiam quod si causa predicta que
longo tempore fuit agitata inter ambas partes